



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 126. Joachimi Westphali liber adversus Sacramentarios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

tius diffunderet, ac non nisi veritatis, Sæcul. XVI.
ac charitatis dispendio sese stabiliret. C.A. 1552.

§. CXXVI.

*Joachimi Westphali liber adversus
Sacramentarios.*

Ceterum in Germania novæ hæresis *Raynald. l.c.*
Sectatores non minus inter se, quam ^{n. 56.} *Surius ad
cum Catholicis dissensere, litis occasio- hunc ann.*
nem præbentibus Osiandro, Stancaro,
aliisque Sacramentariis, adversus quos
Joachimus Westphalus Hamburgensis
Præco Lutheri secta infectus calarium
strinxit; nam hoc anno millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo secundo edidit
librum latino sermone conscriptum, in quo
omnes confusas, atque inter se pugnantes
opiniones circa Cænam Domini ex Sa-
cramentariorum libris decerptas col-
legit, eorumque blasphemias, & erro-
res, ut potius *Magistratus sceptro, quam
stylo refutentur*, dignos esse ostendit,
ac præcipue impugnavit Calvinum, eo-
quod ille, ut inquietabat, se cum Tigu-
rinis circa Cænam sentire simularet.
Hoc Joachimi libro rursus contra Sa-
cramentarios belli flammæ accende-
bantur, quæ a Lutheri obitu vix non
extinctæ videbantur: Ut vero penitus
hujus dissensionis origo inspiciatur, jam
alibi dicta omnino in memoriam revo-

Sæc. XVI. canda veniunt : notum enim est omni-
A.C. 1552. bus , quod Tigurini Pastores , & Cal-
vinus , cum antea circa Eucharistię do-
ctrinam inter se dissentirent , tandem
Anno Domini millesimo quingentesimo
quadragesimo nono concordiam inje-
rint , edito pacis libello , qui vigintisex
articulos complectens ita inscribebatur:
Consensio mutua in re Sacramentaria.
Hæc concordia offendebat Lutheri Se-
ftatores , quos *rigidiores* vocant , qua-
propter variis libellis hanc pacem im-
pugnabant , unde occasione inde nata
Westphalus quoque suum librum , cuius
modo meminimus , edidit , eique hunc
titulum præfixit : *Farrago confusa-
rum , & inter se dissidentium opinionum de
Cœna Domini ex Sacramentariorum li-
bris congesta.* Hunc librum Calvinus ,
ut confutaret , suarum partium esse ra-
tus , Anno Christi millesimo quingen-
tesimo quinquagesimo quarto libellum
vulgavit , in quo Westphalum , sup-
presso tamen ejus nomine , duris admo-
dum verbis exceptit , evoluto autem
biennio hoc adversarii sui responsum
longe minori usus moderatione refelle-
bat , & demum Anno Salutis nostræ
millesimo quingentesimo quinquagies-
mo septimo libro recens edito eundem
adhucdum acrius lacebat , atque in
utroque libro hostis nomen prodebat ,
porro

VIII.
mni.
Cal.
e do-
ndem
elimo
inje-
ti sex
atur:
aria.
i Se-
qua-
n im-
nata
cujus
hunc
isara-
um de-
m li-
inus,
e ra-
ngent-
ellum
sup-
dmo-
utem
onsum
efelle-
ostræ
agefi-
ndem
ue in
lebat,
porro

porro post hæc illum absque responso Sæcul XVI.
dimittebat. Ceterum posterioris libri
titulus notatu dignus est; ita enim so-
nat: *Ultima admonitio Joannis Calvini
ad Joachimum Westphalum: cui nisi ob-
temperet, eo loco postea babendus erit,
quo pertinaces bæreticos babendos jubet
Paulus.*

(*) Hanc altercationem postea
Beza cum ingenti animorum conten-
tione prosequebatur, quin obmutesce-
ret Westphalus, qui tam Calvinum,
quam Bezam suis scriptis confutabat,
ac præter alia opera elucubrabat quas-
dam de perniciose Religionis mutatio-
ne, necnon de Confessione Ecclesiarum
Saxonicarum epistolas una cum quo-
dam scripto, quo probra, ac Calvini
maledicta confutat. Scripsit etiam præ-
ter alia dissertationes de operibus, &
tandem obiit Hamburgi Anno post Chri-
stum natum millesimo quingentesimo
septuagesimo quarto.

G g 5 §. CXXVII.

(*) Ad hoc Spondanus hoc anno num. 18.
addit: *Quid arrogantius? si quid tale Roma-
nus Pontifex in aliquem ex istis segregibus pro-
tulisset. Antichristus esset: Calvinus cum in
unum ex Symmysis, Angelus censemur.*